Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



42

bat illis ne imperet illis ut in abyssum irent.
Erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum
pascens in agris in monte Dæmones
autem rogabant illum dicentes Si eicis nos mitte
nos in greges porcorum. ut in eos intremus. ut
permittet eis in illos ingredi Et permisit illis.
Et egressi eis statim ierunt Et ait illis Ite At
illi exeuntes abierunt et intraverunt in porcos.
Et ecce magno impetu abiit toto grex per præceps
in stagnum. et præcipitatus est in mare ad duo millia
et suffocati sunt in mari. et mortui sunt in agris.
Ad hit uiderunt factum pastores qui pascebant eos
fugientes et uenientes nuntiauerunt in ciuitate
et in agros et in uillas hæc omnia. et de his qui
dæmonia habuerunt Et ecce tota ciuitas exiit
obuiam ihu Exierunt autem uidere quod factum est. et ue-
nerunt ad ihm. et uidet illum qui a demonio
uexabatur. a quo dæmonia exierunt sedentem
ad pedes eius uestitum et sane mentis et timuerunt.
Nuntiauerunt autem illis et his qui uiderant quomo
sanus factus esset a legione et de porcis Et uisum
est eis rogauerunt eum omnes multitudo regionis gera-
senorum. ut transiret a finibus eorum. et discedere
ab ipsis. quia magno timore tenebantur ipse autem
ascendens in naui reuersus est Cum ascendisset naui
cœpit illum deprecari qui a demonio uexatus fuerat
ut esset cum illo Iesus autem non admisit eum. sed ait
illi Vade et redi in domum tuam ad tuos. et nuntia
illis quanta tibi dominus fecit. et misertus sit tui